Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



72

& dicite ei. Magister dicit. Tempus meu
prope est. apud te facio pascha cum dis
cipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut
constituit illis ihe. & parauerunt pascha;
espere autem facto. discumbebat cum xii.
discipulis suis. Et edentibus illis dixit. Amen
dico uobis. quia unus uestrum me traditu
rus est. Et contristati ualde. coeperunt
singuli dicere. Numquid ego sum dne.
Et ipse respondens ait. Qui intingit me
cum manum in parapside. hic me tra
det. Filius quidem hominis uadit. sic
scriptum est de illo. Vae autem homini
illi. per quem filius hominis tradetur.
Bonum erat ei. si natus non fuisset homo
mo ille. Respondens autem iudas qui tra
didit eum. dixit. Numquid ego sum
rabbi. Ait illi. Tu dixisti. Cenantib;
autem eis. accepit ihe panem. & bene